

deinde si inciderint in easdem, ac alia Iuris oportuna remedia. quod desistant a talibus, auctoritate presentium compulsuri. Vos eorum presentis Iustitiarie, dictam dominam ad restitutionem dictorum ablatorum memorato Episcopo de sua Massaria iam dicta ut permittitur per eandem, ipsi Episcopo faciendam prout Iuris fuerit compellatis. Presentes autem licteras et oportunam inspectionem earum restitui volumus presentanti efficaciter in antea valituras. Datum per Nicolaum Fricgiam de Ravello. Locumtenentem Prothonotarii Regni Sicilie anno domini die XVII Septembris V^e [Indiz.].

N. 129

A. D. 1307

(16 aprile, Indiz. V).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,30, larg. 0,22.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	I coniugi <i>Iohannes de Durachio</i> e <i>Iohanna de Stephano</i> , tartaro, donarono <i>pro anima</i> al Cantore <i>Guillelmus de Egidio</i> e per questo alla Chiesa di S. Maria, una loro casa posta nel pittagio della chiesa omonima.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ad Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo septimo Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo tercio, Mense Aprilis sextodecimo die eiusdem Quinte Indictionis apud Barolum. Nos Iohanna mulier, dicta de Stephano tartaro, et Iohannes de durachio vir et uxor barolitani cives, Coram Iohanne de Cantore Regali Baroli Iudice Magistro Spina puplico eiusdem terre notario et testibus licteratis *etc.* ego quidem mulier legaliter inquisita *etc.* Consensu quoque dicti viri mei. Tibi dompno Guillelmo de egidio Cantori Maioris Ecclesie Baroli pro parte dicte Ecclesie donavimus et per fustem tradidimus pro anima no-